Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26682
Copyright: Admont, Benediktinerstift



139

Domine probasti me et cognouisti
me tu cognouisti sessionem
meam et resurrectionem meam Intel
lexisti cogitationes meas de longe
semita mea et funiculum meum
investigasti Et omnes vias meas
praeuidisti quia non est sermo in lingua
mea Ecce tu domine cognouisti
omnia nouissima et antiqua
tu formasti me et posuisti super
me manum tuam Mirabilis facta
est scientia tua ex me confortata est
et non potero ad eam Quo ibo a
spiritu tuo et quo a facie tua fu
giam Si ascendero in celum tu illi
es si descendero ad infernum ad
es Si sumpsero pennas meas
diluculo et habitauero in extremis
maris Etenim illuc manus tua
deducet me et tenebit me
dextera tua Et dixi forsitan
tenebre conculcabunt me et
nox illuminatio mea in deliciis
meis Quia tenebre non ob